

tuas et quascumque pœnas ex rigore
sue justitiæ debitas. Ego autem ipsius
Domini nostri Jesu Christi, indignus
famulus et minister, ex auctoritate
Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli,
ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et facul-
tate tibi indultâ, et mihi commissâ, ex
privilegiis per summos Pontifices con-
cessis, Fratribus et Confratribus Sanc-
tissimæ Matris Mariæ de Monte Car-
melo, impendo tibi plenarium omnium
peccatorum tuorum indulgentiam et
remissionem quam possum et debeo,
ut sis absolutus hîc et antè Tribunal
Domini nostri Jesu Christi, ab omni-
bus pœnis tibi in Purgatorio debitis
propter peccata quæ contrâ bonitatem
Dei vivi et veri commisisti; et restitutus
illi innocentiae quâ in Baptismo per sa-
crum Salvatoris lavacrum indutus fuisti,
si tamen hâc vice è vitâ migraveris;
aliàs eandem tibi refero Indulgentiam
pro ultimo articulo mortis tuæ.

In nomine Patris, † et Filii, et Spiri-
tûs sancti. r. Amen.

Ant. Maria, Mater gratiæ, Mater
misericordiæ, hunc ab hoste protego,
et horâ mortis suscipe.